(R.° 11 A 1281 B n. 42 f. 31b)

ministrando iusticiam universis absque ~~[illegible]~~ acceptione aliqua per-
sonarum. et quia nolumus in officio ipso expensis propriis labo-
rare, placet nobis, quod pro tempore, quo illud de mandato nostro
gesseris, expensas tibi retineas, ad racionem de unciis auri quin-
quaginta ponderis generalis per annum, de pecunia proventuum
predictorum. mandamus insuper tibi, quod incontinenti equos,
mulos, scrinea cum pecunia argento et scriptis, et arnesia queli-
bet ac omnia alia bona mobilia, que fuerunt dicti quondam
Helie, inventa tempore mortis sue, sic sigillata, sicut sunt, ea
videlicet que sigillata fuerunt, unacum eisdem iudice et notariis
ad curiam nostram apud Skifatum ducas et deferri facias, ubi no-
nodecimo mensis februarii esse disponimus dante deo. et nihilo-
minus caute et diligenter inquiras, si[a] (de bonis suis mobilibus
tempore mortis seu[b] infirmitatis[c] ipsius per aliquos subtracta
vel occultata fuerint, et ea omnia, per quosque detine-
antur, ad manus tuas recipias et revoces, ad nostram
presentiam destinanda cum litteris tuis continentibus
quicquid inde inveneris, que bona ceperis, et totum pro-
cessum[d] tuum, quem habendum duxeris in predictis.)

(Dat. Trogie die XV. februarii VIIII. ind. [1281].

10 a) fidel Reg. 11 b) Korrigiert Reg. 12 c) Reg. infirmitatem 13 d) Reg. precessum.